

Letter 465: 9 February 1532, [Memmingen], Capito to Ambrosius Blaurer

The autograph original of this letter is in St Gallen KB, Ms. 32/91b. It is partially printed in Schiess 1:324–25, Ep. 266.

Gratiam et pacem, charissime frater (hac enim appellatione li[ben]ter praesertim erga te utor). Hic res ecclesiasticae valde afflictae sunt. Collapsa est prope disciplina, magnus luxus, magnae intemperie, funestum odium adversus Simpertum, quod instigat quosdam ad laxandas habenas per se furenti iuventuti. Oravit senatus hic haerere ad aliquot dies, quod promittere non audebam, postquam iter ad Augustam est maturandum. At condixi meam operam tecum impensuram, quo tandem in ordinem aliquem firmum constringi possit omnis respublica, si contingat te hac redire ad tuos, cuius ductu et praeiudicio tanquam peritioris libenter commitar. Eam sponsionem cupide acceptarunt. Itaque oro maturas iter ad Campidonam et Memyngam sed prius mihi Augustam scribas, quo die utrovis in loco conveniam. Interea, quod volet Dominus amiciter praestare Augustae. Haec in procinctu hinc soluturus. Vale in Domino feliciter. 9 Februarii anno 1532.

V. Capito tuus.